



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De cofessariis vsurarioru[m] manifestorum, & quis dicatur talis, & de
satisfactione, vel cautione, & qualiter & coram quibus, cauebit & de pœna
clerici vsurarij & an incurrat irregularitatem ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

glossandum, nam secundum D. Ioannem. si dixerimus
peccatum non habemus mendaces sumus, & veritas in no-
bis non est: sed de his satis superque dictum sit.

De confessariis vsurariorū manifestorum, & quis dicatur talis,
& de satisfatione, vel cautione, & qualiter & coram qui-
bus, tenebit & de pena clerici vsurarij & an incurrat irre-
gularitatem celebrando, & quis possit cum ipso dispensare.

C A P. LXXXV.

Ed quoniam de participantibus cū vsurariis non nihil
distingimus, de confessariis quoque eorū, ratio exigit vt
dicamus. Igitur cap. quanquā de vsuris lib. 6. continetur
ne sacerdos vsurarij manifesti confessionem audiat, vel
eum absoluat, vel aliquod aliud sacramentū ei ministret
antequā vsuras quoad poterit restituat, aut præstet cau-
tionem de restituēdo cum pignoribus, vel fideiussoribus,
his à quibus eas extorsit, si præsentés sunt alioquin iis qui
eas requirere possunt, & si nō sint tales episcopo, aut eius
vicario, aut ipsius proprio parochō coram personis fide-
dignis, aut aliquo notario ex ordinarij mandato, ita vt
in cautione exprimat veram quantitatem debiti, si scitur:
sin autem arbitrio recipientis moderando, qui si scienter
obligationem debito minorem receperit, ad restituendū
restituendum tenebitur, & vsurario nolenti hoc facere nemo
debet esse testis in testamento, nec confessionem eius, au-
dite, neque ipse debet in sacro loco sepeliri, & eius te-
stamentū ipso iure est nullum. Si vero pignora, vel fide-
iussores dare non potest, iuret se dare nō posse. Hæc om-
nia vbi supra. ¶ Ad hæc etiam is qui eum in loco sacro se-
peliet, nisi prædictis prius præstitis excommunicatur per
Clem. 1. de sepultur.

¶ Sed quid si talis vsurarius in periculo mortis consti-
tutus cū sit, prædicta vult præstare: sed non potest. ¶ Re-
spondetur tunc sane sane authore Nauar. ^a à quolibet sacer-
dote eius confessio audiri potest, dum alius idoneus non
adest, qui obrepta à tali vsurario facultate Episcopo eius
promissionem declarabit, vt si conualuerit ipsum & si
moriatur eius hæredes ad restitutionem compellat: ^b ita
aliter Sylu. ver. restit. 6. q. 1.

^a Nauar.
Sum. Lat.
cap. 17. nu.
281.
^b arg. cap.
si quis sua
dente. 17.
q. 4.
Q. 6. 1.

Q^o. 2. ¶ At verò quoniam quis sit usurarius manifestus, cuiusque prædicta observanda esse prædiximus, non vnicuique innotescit, id explicemus opus erit. ¶ Usurarius igitur manifestus dicitur qui palam, & notorie ad usuram mutuat, aut suas res ob dilatam solutionem, carius iusto pretio rigido manifeste vendit, neque est necesse quod quibusvis partibus tribuat contra contrarium asserentes, sed id est necesse quòd eius mutuatio quòdo fit, sit manifesta secundum Panor. & Anto. Burg. in ca. ad nostram de emptio. & vendi. sed nec hoc semper requiritur, quia satis est ut postea per sententiam, aut alias illud palam, & notorium fiat secundum prædictum Anto. & citatos ab eo & hoc æquius, seu iustius esse videtur.

Q^o. 3. ¶ Insuper & de quali sacerdote hic metio fiat, dubitabit forte aliquis. Respondetur auctore Navar. per sacrodotem in hoc casu intelligimus non solum parochum, sed etiam quolibet confessarium potestate audiendi liberam confessionem eius legitimam habentem arg. Clem. de sepulturis. ¶ At quoniam hic de his qui alius acquirere possunt supra meminimus, & de his qui hoc & quales ratione reddere, non erit inconsonum. ¶ Igitur qualis notarius

d §. 1. ¶ quiritur sunt liberi in patris potestate constituti, & liberi proprii, aut bona fide possessores. ¶ Sed & de notario in hoc casu hæsitabit aliquis an acquirat extraneo. ¶ Igitur pura solutio est, quod in hoc casu non acquirat extraneo, nisi illud mandato ordinarij faciat iuxta glossam in dicto ca. quòquam, verbo mandatum. Quod intelligendum venit quoad effectum satisfaciendi ecclesie præcepto in hoc casu, nam quoad alios notarius bene acquireret his quibus stipularetur, ut Perus. in dicto ca. quamquam tradit.

¶ Porro de clerico usurario notorio iure efflagitatur decere quali pena plectatur, an ipso facto quod manifestus sit, ita simpliciter sit suspensus ut si celebret fiat irregularis.

Q^o. 4. ¶ Resolutorie ergo dicamus quod clericus usurarius quavis notorietate notorius, non est ipso facto simpliciter suspensus. scilicet quoad se & quoad alios, ita ut ab aliis sit infidelis diuinis vitandus, sed solus est suspensus quoad se, quare celebrando nullam novam incidit irregularitatem. Sed quia suspensione ista quoad se tantum involutus manet, dispensatione episcopi sui dicitur indigere, qui post eius poenitentiam

c Navar.
Sum. Lat.
cap. 17. nu.
281.

d §. 1. ¶
2. Insti. per
quas perso
nas nobis
acquir.

penitentiam cum ipso poterit dispensare. Colligitur hæc
 responsio ex primo cap. de usuris cap. plures: vbi solū di-
 citur, quod talis clericus v. lurarius manifestus ecclesiasti-
 ci officij periculum patiat, quæ verba insinuant suspèn-
 sionem ab officio per sententiã inferendam, sed non sen-
 tentiam suspensionis simpliciter ipso facto illatã esse, &
 colligitur etiã ex cap. quia. 2. de usur. vbi statuitur vt ma-
 nifesti usurarij neq; ad communionem admittantur al-
 ternis. Circa quæ verba subnotat glossa dicens, nota quod
 hæc est pœna quæ primò imponi debet, ergo etiã clericis
 usurarijs manifestis pœna suspensionis simpliciter, id est
 quoad se & quoad alios non ipso iure est imposita, sed
 venit imponenda, sicut etiã clericis furibus notorijs, per-
 natis manifestis, falsis criminatoribus non est ipso facto
 imposita suspensio simpliciter, sed veniūt sic suspendēdi
 nisi notorij concubinarij sint, qui sunt suspensi, nã de iu-
 dicio cap. At si clerici decernitur quod dūmodo sint talia
 crimina propter quæ suspēdi debeāt, aut deponi nō im-
 merito suspendendi sunt à suis ordinibus, vel ab altaris
 ministerio perpetuo removēdi. ¶ At quod eū huiusmo-
 di quoad suspensionē quoad se, imò eū adulteris suspēdis
 quoad se, & quoad alios, quando sunt notorij possit epi-
 scopus proprius dispensare patet de iudicijs cap. At si cle-
 ricus, de adulterijs, vbi post peractam pœnitentiam epi-
 scopus sit facultas dispēdandi cum ipsis in adulterio, cri-
 minibusque inferioribus, non tamen cum homicida vo-
 luntario: etiã occulto. Immo dispensationem homici-
 di casualis posse committi episcopis Concilium Tridē-
 tanum indulget.

¶ De fructibus, an possessor bonæ fidei in utroque foro faciat
 fructus suos est quæstio proficua Theologis, & multo magis
 Aristi utriusque facultatis.

C A P. LXXXVI.

¶ Via in primo cap. de usuris fructus pignoris com-
 putandos esse in sortem diffinitur occasione hinc
 sumpta nonnulla dubia haud spernenda quippe quæ sci-
 ti sunt necessaria huc aggregate curauimus. ¶ Igitur ali-
 quali præmissa descriptione fructuum, simul cum distin-
 ctione materiam hanc aggrediemur.

L 5

¶ In primis